UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

§.III. Der Kayserlichen und Chur-Bayerischen Antwort auf die Schwedische Erklärung.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52129

Visual Library

1647. Febr. *Secundo* Sereniſſimus Princeps Elector Dominus *Carolus Ludovicus* per hunc tractatum Pacis Generalis, ad dignitates & bona, ad eum modum, qui tam in præcedentibus quam inferius declaratur, reſtitutus, Sacræ Cæſareæ Majeſtati atque Imperio, ea juramenti atque obedientiæ fidelitate, qua cæteri Electores ac Principes Imperii obligantur, ſeſe devinciet, ac poſt obitum Sereniſſimi Principis Maximiliani, recipiat priſtinum locum Dignitatis Electoralis, unà cum omnibus Juribus, Officiis, Regaliis & Præcedentiis, atque in poſteros ſuos ac ſucceſſores transmittat; ita ut interea quoque temporis, ac durante vita Principis Maximiliani, juribus ac prærogativis ex dignitate Electorali promanantibus, non minus gaudeat ac fruatur. 1647. Febr.

Tertio, reſtituatur Principi Electori *Carolo Ludovico*, ac Domui Palatinæ Electorali, totus Palatinatus Inferior, cum omnibus juribus, appertinentiis, ac Strata Montana, quam vocant, plene poſt concluſionem Pacis hujus conventionis Generalis, tam in Eccleſiaſticis quam Politicis, ſublatis quibuscunque diſpoſitionibus, collationibus feudorum, ac conceſſionibus in contrarium factis, adeoque in eum ſtatum cum omni cauſa redeat Domus Palatina, ſalvo tamen cujuscunque jure, quo ante hos motus fuit ac fruebatur. In cujus rei effectum non tantum Cæſarea Majeſtas authoritatem ſuam, ac tam pro ſe, quam Rege Hiſpaniæ, conſenſum interponit, verum etiam reliqui, qui exinde juris aliquid prætendere, aut ſua intereſſe exiſtimari poſſunt, conſenſum ſuum hiſce declarant, iis, quæ hic ſtatuta ſunt, absque mora aut alia cauſatione parituri.

Quarto, ſimiliter & ad eundem modum reſtituatur Domui Palatinæ Electorali Palatinatus Superior, excepto Dominio Chamb, ad fluvium Regen, relinquendo Domui Bavaricæ, ea conditione, ut pro æqua ac conveniente ſumma, absque reſtrictione temporis, viciſſim relui poſſit.

Quo puncto, & pro informatione hoc dictum atque intellectum eſſe deſiderant Palatini, etiamſi jure repetere poſſint, quicquid Domui Palatinæ ablatum eſt, nullo excepto, nec ad ſe pertinere exiſtiment, quicquid circa obligationem certæ ſummæ pecuniariæ, inter inclytam Domum Auſtriacam atque Bavaricam, adeoque inter alios, actum eſt, nec ulla ratione immiſceri ſe aut implicari poſſe contendant debito ad ſe non pertinenti, tum vel maxime illiquido, ac cui authoritatem potius publicam Imperii opponendam eſſe putant; tamen ut oſtendant, quanto teneantur tranquillandæ patriæ, Cæſareæque Majeſtati deferendi ſtudio, ultra illud, quod Domus Palatina circa Dignitatem jam remittit, cedere eandem Domui Bavaricæ diſtrictum illum Chambenſem, vel ipſa Bavarorum contentione locupletiſſimum, ac viciſſim expectare, ut Cæſarea Majeſtas obligatione ſua liberetur, Eique Inſtrumenta ſuper ea confecta reſtituantur, ſine quo, repetitioni totius Palatinatus Superioris inſiſtunt.

§. III.

Der Kayſerlichen und Bayeriſchen Antwort darauf.

Die Kayſerlichen und Bayeriſchen lieſſen ſich darauf ſogleich in folgender Antwort hinwieder vernehmen, welche durch den Kayſerlichen Legations-Secretarium Schröder, denen Schweden am $\frac{21}{3}$ $\frac{\text{Febr.}}{\text{Mart.}}$ inſinuiret wurde.

1647. Mart. *Præſ. per Dominum Secretarium Schröder,* 1647. Mart.
die 21. Febr./Mart. 1647.

Der Käyſerlich- und Bäyeriſchen Geſandten *Replic in Cauſa Palatina.*

Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Legati cum Plenipotentia, ad Legationis Suecicæ Propoſitionem de compoſitione Cauſæ Palatinæ, ſequenti modo ſeſe declarant:

Ad *Proemium*, placet quibus conceptum eſt verbis, incipiens: *Quod Cauſam Palatinam attinet &c.*

Ad §. *Primo omnium &c.* placet, usque ad verba (*quibus & reliqui Evangelici fruuntur*) pro: *Evangelici*, ponatur: *Proteſtantes*, aut *Auguſtanæ Confeſſioni adhærentes.* Deinde ulterius addatur: *nihilominus tamen in reſtitutione Palatinatus Inferioris, Exercitium Religionis Catholicæ, Vaſallis ac Subditis, Eccleſiaſticis aut Secularibus, cujuscunque ſtatus ac conditionis ſint, ſalvum ac liberum eſto, nec ad aliam Religionem ſub quocunque tandem prætextu id fieri vel excogitari poſſit, alia via modove adigantur.*

Ad §. *Ita tamen &c.* Cæſareani inhærent priori ſuæ Propoſitioni, nimirum quod Dignitas Electoralis, ſicut hactenus, ita etiam in poſterum, remanere debeat penes Sereniſſimum Principem Dominum MAXIMILIANUM, Ducem Bavariæ, ejusque liberos maſculos, totamque Lineam Guilhelmianam, in perpetuum, cum omnibus Regaliis, Officiis, Præcedentiis, Inſigniis & Juribus quibuscunque, quemadmodum Sua Serenitas eandem hactenus tenuit, exercuit & poſſedit, nullo prorſus excepto; Sereniſſimus vero Princeps, Dominus CAROLUS LUDOVICUS, Comes Palatinus, poſtquam Cæſareæ Majeſtati debitam obedientiam præſtiterit, pariter ad dignitatem Electoralem, ſed Octavo & ultimo duntaxat loco, pro ſe & hæredibus ſuis maſculis admittatur.

Quod ſi una vel altera Linea, ſive Bavarica ſive Palatina, deficiat, Octavo Electoratu extincto, deinceps maneat numerus ſeptenarius, idque per omnia ſine præjudicio Aureæ Bullæ, Declarationum Imperialium, Inveſtiturarum, Pactorum Familiæ legitimè per Imperatores confirmatorum, & cœterarum Conſtitutionum, debet intelligi, quibus hoc ſpeciali & extraordinario caſu nihil derogabitur.

Ad §. *Secundo, Sereniſſimus Princeps &c.* hæc omnia ex præcedenti declaratione modum & determinationem recipiunt.

Ad §. *Tertio, reſtituatur &c.* Placet reſtitutio Palatinatus Inferioris cum omni cauſa, ſalva tamen Religione Catholica; ſalvis quoque infeudationibus & conceſſionibus, durante Palatinorum deſtitutione ſive per Cæſarem ſive per Ducem Bavariæ de bonis infeudari ſolitis, aut etiam alias fiſco Palatino adjudicatis, factis; Excepta item Strata Montana, quatenus ad Electoratum Moguntinenſem ſpectat, ſcilicet Caſtrum Starckenburg, cum oppidulis Bensheim & Heppenheim, Monaſterio Lorſch, pagisque & villis illuc pertinentibus, quæ omni Electori & Archi-Epiſcopatui Moguntinenſi, ſoluto tamen reluitionis pretio, permanere debent. Reliqua verba, quæ in hoc §. ſequuntur, ſcilicet *in cujus rei effectum*, usque ad finem, placent.

Ad §. *Quarto, ſimiliter &c.* Cum Dominus Elector Bavariæ nulla ratione ſolo Comitatu Chamenſi, pro 13. Millionibus ſumptuum bellicorum contentus eſſe velit, ac Imperator nullo, nec Gentium nec Conſtitutionum Imperii jure, eatenus gravari poſſit, ut in gratiam Palatinorum, à quorum patre

in

1647. Mart. in neceſſitatem belli defenſivi conjectus fuit, Electori Bavariæ ſupplementum dictæ ſummæ præſtare cogat; ideo inhærere debent Cæſareæ Majeſtatis Legati priori ſuæ Propoſitioni, ut Princeps *Carolus Ludovicus* vel exſolvat iſtud debitum integrum, vel Palatinatum Superiorem totum relinquat. 1647. Mart.

Ad §. *Quo puncto &c.* Acceptant Cæſareani clauſulam finalem, utpote juſtitiæ conformem, ſcilicet, ut Cæſarea Majeſtas obligatione ſua liberetur, Eique Inſtrumenta ſuper ea confecta reſtituantur. Reliqua vero in hoc §. contenta, juxta ea, quæ in præcedenti declaratione dicta ſunt, limitationem recipiant. Actum Osnabrugi d. 4. Martii 1647.

§. IV.

Der Frantzoſen Vorſchläge in dieſer Sache.

Es kamen nun auch die Frantzoſen mit ihren Vorſchlägen, in dieſer Pfältziſchen Sache, hervor, und vermeynten ſelbige, Bayern ſollte gegen Behaltung der gantzen Obern-Pfaltz, eine Million Goldes, den jüngern Pfaltz-Graffen herausgeben: welches Bayern eben nicht weit hinweg warff, dabey aber zu verſtehen gab, das Geld müſſe der Kayſer zahlen, weil davor das Land Ob der Enß haffte: Kayſerlicher ſeits hingegen war man bedacht, dieſe Schuld auf das Reich zu weltzen, wozu aber die Stände ſich nicht verſtehen wollten.

Chur-Mayntziſche Inſinuationes wegen Reluition der Berg-Straſſe.

Weil nun die Anſtalt gemacht wurde, daß in den Reichs-Collegiis, über die Pfältziſche Sache deliberiret werden ſollte; wobey auch der Punct, von Reluition der Berg-Straſſe, welche Wiederlöſung Chur-Mayntz verrichten wollte, vorkam; ſo ſuchte der Chur-Mayntziſche Geſandte D. *Krebs*, durch Privat-Vorſtellungen, die übrigen Geſandten, in favorem vor Chur-Mayntz zu præpariren, mit Vorſtellung, daß der Churfürſt erbietig ſey, den Pfandſchilling der 100000. Gulden, der Pfand-Verſchreibung durchaus gemäß, in Bereitſchafft zu halten und in Franckfurth auszuzahlen; zu welchem Ende die, ſub N. I. anliegende Deduction ad Dictaturam gebracht wurde: Und weil von der Gegenſeite verſchiedene rationes in contrarium inſinuiret worden; ſuchte man ſolche, Inhalts der Anlage N. II. aus dem Weg zu räumen.

N. I.

Dict. d. 3. Martii 1647. per Direct. Mogunt.

Der Chur-Mayntziſchen zu den Pfältziſchen Particular-Tractaten abgeordneter Geſandten Declaration und Deduction, daß die Berg-Straſſe nicht in die Pfältziſche Reſtitutions-Sache könne gezogen werden. de dato Wien 1642. d. 16. Januar.

Nachdem auf Seiten des Hochwürdigſten Fürſten und Herrn, Herrn *Anſhelm Caſimirs*, des heiligen Stuhls zu Mayntz Ertz-Biſchoffen, (Tit.) unter währenden dieſen Pfältziſchen Compoſitions-Tractaten ſo viel vermercket, auch aus der jüngſt von der Königlichen Würden zu Engelland anweſendem Herrn Ambaſſadeurn mit den Mediations-Räthen gepflogenen mündlichen Conferenz, und darauf eingebenen Erläuterungs-Schrifft vernommen, welchergeſtalt ſo wohl Se. Excellenz als die Pfältziſche Abgeſandten ſelbſten, Seiner Churfürſtlichen Gnaden und Dero hochlöblichem Churfürſtenthum Mayntz unzweifentlich angehörige Landen der Bergſtraſſen, auch andere hernach ſpecificirte Pfandſchafften, unter die Pfältziſche Landen (zu deren gütlichen Compoſition und Endlichen Vergleich dieſe Tractaten vornemlich ange-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN